

Ibi ubi eae quae praecedunt (Gómez-Moreno *bol. de la Acad. de la Historia* 54, 1909 p. 23. 24. 26. 27 n. 2. 3. 5. 7 vidit praeter primam, hanc et secundam descripsit saec. XVI nescio quis parum accurate II 2555. 2556). — 1) Aurelii traditur. — 2) ob natale . . . leg. VII Ge . . . apographum quo solo in hoc titulo utimur; corrigitur ex N. 9129 seq. — 3) Galleco traditur; cf. N. 9129 seq. — 4) . . . em. et traditur; corrigitur ex N. 9125. — 5) Aug. . . . |re traditur. — 6) Liuret. traditur. — 7) Idem Lucretius Paternus N. 9125. — 8) Aper, insigne militiae apud Gallos, videtur etiam huic cohorti Gallicae pro signo fuisse (cf. Cagnat *bull. des antiquaires de France* 1910 p. 207). — 9) Cohors prima Gallica 'in Hispania' etiam supra N. 1330, item in titulis provinciae Tarraconensis II 2851. 2913. *Eph. ep.* 8 p. 398 n. 109. In Notitia quoque imperii Occ. 42, 32 recensetur 'in provincia Tarraconensi: tribunus cohortis primae Gallicae, Veleia'. — 10) Idem Zoilus, 11) idem Valerius Flavius in titulo anni 167 N. 9127. — 12) Idem Iulius Iulianus signifer in titulo anni 163 N. 9125. — 13) Aut sic supplendum (a. 165) aut: Pud[ente et Pollione cos.] (a. 166). — 14) Fortasse idem Sempronianus, factus decurio alae, in titulo anni 184 N. 9126. — 15) 22. Apr. 175. — 16) Debit esse Sarm. Germ. max. Britt., deinde trib. pot. XVI imp. VIII cos. VI. — 17) Intellegitur sine dubio procurator metallorum (fortasse scr.: [proc.] met.). — 18) Cf. N. 9126. — 19) Consul is huius nomen gentilicium nunc primum innotuit (fortasse scr.: [P]opilio). — 20) 22. Apr. 191.

9132 I. o. m. | mil. v[e]xi[l.]<sup>1</sup> | coh. Pa. sup.<sup>2</sup> | cives Sisc. | et Varcian. | et Latobici<sup>3</sup> | sacrum fecer.

*Samariae (Sebaste) rep. a. 1908, fossionibus Americanorum (D. G. Lyon Harvard theological Review 2, 1909 p. 111). — 1) Sic sine dubio legendum, non VI XII (cf. Jalabert Bull. des antiquaires de France 1909 p. 296). — 2) Vexillarii cohortium Pannoniae superioris. — 3) Siscia et Latobici (cf. supra N. 1408) nota oppida provinciae Pannoniae superioris, Varciani (cf. supra N. 1987) populus eiusdem provinciae. — Ibidem alius vexillariorum quorundam titulus prodit nondum editus (Jalabert p. 300 not. 2). — Conferendi sunt tituli N. 2555 (cum not.). 2556. 4752. 4756.*

Adlocutionum Hadriani ad exercitum Africanum (N. 2487) fragmenta nova.

9133 imp. Caesar Traianus | Hadrianus Augustus | <legionem s[ua]m [I]II Augustam><sup>1</sup> | exercitationibus inspectis adlocutus | est is qua[e] infra scripta sunt | Torquato II et [Lib]one cos.<sup>2</sup> k. Iulis. | At pi[us]<sup>3</sup>. (*Perierunt nonnulla; sequebantur deinde quae supra N. 2487 initio posuimus.*)

9134 (in latere sinistro)  
 . . . idus Iulias, ala I Pannoniorum<sup>4</sup>.

Omnia per ordinem egistis. Campum d[ec]ursionibus complestis, iaculati estis non ineleganter, hast[is] usi q[uam]quam brevis et duris; lanceas plures vestrum [par]iter miserun[t]. Saluistis et hic agiliter et heri velociter. Si q[ui]t defuisset, desid[er]arem,